Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Martius 1563

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

MARTIVS

Hans ANNO DIII Stubenvol IIII

M. D. LXIII.



~~Maximilianus etc.~~

40

MAXIMILI. Mandamus & disponimus cuiuscunq; conditionis subditis, et officialibus nostris, Precamur item quoscunq; Principes, et quodcunq; Dominium, ut commendatum habeant p̄sentium latorem Hieronymum Grottum Nobilem Grisonem, ut omni illum fauore et ope adiuuent; In eo nobis summopere gratum et acceptum facturj. die ~~19~~ 4 Martij Anno MDLXIII° Augustæ.

Literæ patentes pro Hieronymo Grotto.

~~Fürschrifft für Hieronymo Grotto~~

41

MAXIMILIANUS Mandamus et disponimus etc. p̄sentes exhibentem Joannem Petrum Puglianum Equorum domitorem, quem Neapolim mittimus, pro aduehendis nostrum ad usum XXVII Equis Neapolitanis, et vigintj mulis onerarijs, ut omni illum fauore et opera adiuuent liberumq; omnibus uectigalibus, et nullibi impeditum proficisci patiantur, In eo nostra iussa executurj, gratumq; in primis nobis facturj. Dat Viennæ 19 Martij A° 63°.

~~Fürschrifft für Joannem Petrum Puglianum~~

Patentes lræ pro Joan. Petro Pugliano.

Maximilianus etc

42 Magce fidelis nobis dilecte. Quas cum hisce ad te mittimus, lris ad Illustrem Venetiarum Ducem scriptis, Joannem Petrum Merendam Serenissimarum Sororum nostrarum Oempontij Medicum eidem Duci commendamus, petimusque ut Ecus dilo bona sua quae ipse iam pridem fisco addicta, etiamnum desiderat, restituenda tandem iubeat, Quare te quoque uehementer hortatum uolumus, ut quae pro eo scribimus, tua quoque oratione apud eius Dilnem iuues et comendes quam potes maxime, plenorem aut negotij seriem ex ipsius Merendae Supplicatione, quam per te duci porrigendam in eundem cum hisce fasciculum coniecimus, accipies. Feceris in rem nobis inprimis gratam, qua Nostram et in te Benignitatem haud parum adauxeris. Dat Viennae 19 Martij Anno 63.

Ad Franciscum de Turri.
(Ut sua oratione Joannem Petrum Merendam apud Ducem Venetum iuuet.)

Maximilianus etc

43 Illis Syncere nobis dilecte. Quam nobis ad Regiam Romanam dignitatem diuina gra, euectis per tras declarastis congratulationem, officij et amoris plenam, equidem non sine magna uoluptate accepimus, ut quae certissimum uestrae et obseruantiae

et optimae erga nos uoluntatis iudicium, nobis facile extiterit. Itaq; non illam solum, sed q̄ p̄terea reuerenter admodum detulistis studia in nos ardentissima, benigno et grato plane animo ignita, ita porro et conseruabimus, ut tam de uestra in nos benignitate et beneuolentia spem et opinionem nr̄am: quam pro Regni nostri felicitate uota syncera non frustra uos suscepisse aliquando p̄clare intelligatis. Interim Deo immortali uestrae incolumitatis curam sedulo commendamus. Dat. Viennae. XXIII° Martij. Anno fr̄i M.D.LXIII°

Ad Ducem Vicolaum de Razewill Literarum de Regij Diadematis susceptione congratulatoriarum Recepisse.

Maximilianus etc.

44

Nobiles, spectabiles nr̄i et sacri Imperij fideles dilecti. Ex lignorum cōmertio, quod Jacobo Antonio Gasparino Serauallensi, et Vicentio Coniallo Veronensi (uiris ob p̄bitatem integritatemq; suam nobis multum cōmendatis) cum Bernardino Vani Ciue uestro aliquandiu intercesserat, dissoluto, subductis utrinq; rationibus, q̄dam ab hoc soluenda illis pecunia superfuit: Pro qua cum a multo iam tempore eidem Bernhardino debitum inq; detrectanti, frustra institerint, atq; ita rerum suarum non leue hinc sentiant dispendium: Nostra queq; cōmendatione, quam magno sibi usui apud Vos futurā sperant iuuari

se supplices orarunt. Nos igitur, etsi bonis illis hominibus, tam iusta presertim postulantibus uos ad futuros minime diffidimus. Petimus tamen benigne, et sedulo uos hortamur, ne diutius eos pecuniascia tam incomode frustratos patiamini, quam serio etiam dictum Ciuem uestrum ad solutionem, nulla longiori mora interiecta eis faciendam compellatis, facturi in hoc rem et officio vro dignam, et nobis etiam gratam inprimis futuram.

Dat. Viennae XXIII Martij Anno MDLXIII°

Ad Lucenses. Vrae Commendatitiae pro Jac. Antonio Gasparino Seraueli et Virentio Conciallo Veronensi, Vt Bernardinum Vanni ad solutionem compellant.

45 x binis Sac. Caes. V. Mtis literis, intellexi, quid de scripturis et orationibus, q ad Romanum legationem instituendam desyderat. Eius Orator apud summum pot. Comes ab Archo secundo iam scripserit et consuluerit: quid item V. Mtas eidem nuper vnderit. Et quanq hoc in negotio, priori V. Mtis consilio et sententiae iamantea a me penitus comprobatae, etiamnum libentius insisterem, et procerto omnino habeam, summum pont: nihil plane, quod non e re sua uidebitur esse, deprompturum. Nihilominus tamen, cum iteratam illam et constantem eiusdem Oratoris opinionem acceptandam V. Mtas innuere videatur: mihi quoq, eiusmodi sz. Summi Pontificis compellatio eo minus improbatur. Dummodo hac ratione fiat quam Comes ipse antea suaserat; sub

X 1.

plextuss, arduas et necessarias ob causas conferendi, q de eiusmodi actibus, cum penes Eius Sanctitatem, tum V. Mtem scripta utrinq; asseruarentur: Quemadmodum V. Mtes pro summa sua prudentia ea de re plenius etiam mandare et prouidere facile poterit.

Operae precium autem omnino existimauerim, Diui Imp. Caroli patrui mei Clementissimi Archiuum ad V. Mtem dudum delatum diligenter excuti, si quid in hoc ad rem quod foret, reperiri posset. Praeterea Bullam quoq; Clementis VII Pont. Max. inspici, et ex ea ad idem negotium spectantia annotari, haud inconsultum putauerim.

Etenim ut primum ad hanc Legationem necessaria, plene tande fuerint conquisita, in me certe, quo citius ea expediatur, nulla porro erit difficultas.

Quae omnia, ut paterno V. Mtis meam quoq; in hac re sententia postulantis, mandato obsequerer, pro filiali mea in eam obseruantia subticere nec debui, nec uolui. Dat. Viennae Austriae die 28 Martij Anno Salutis 21 MDLXIII°.

Ad Caesarem. Regu ad Legatione Romanu spectantiu Recepisse.

Maximilian. Lmo In Christo pater, Amice et consanguinee noster charissime, Quod, q nuper diuina nobis gratia accessit, Regia Romanorum dignitas Va Rma Ptas tantopere exhilarauerit, quanq; id

a perpetuo ista illustris familiae vrae in nos amore et studio alienum nihil sit vel eo tamen noe plurimum certe voluptatis nobis attulit, quod tam officiosa et syncera ista congratulatio, et observantiae significatio, in ea, quam de optima V.P. in nos voluntate iamantea conceperamus, opinione summopere nos confirmaverit. Accipimus itaq; a V.R.P. id officij benigno et grato plane animo, eidem V.P. non minus candide vicissim congratulantes et id eam dignitatis nuper esse eaedtam, in qua plurimae et eximiae eius virtutes apertius sese exerere. et ipsa V.P. Amplissimo isti S.R.E. Cardinalium ordinj magno cum splendori, tum comodo esse aliquando possit. Id quod tam huic quam V.P. a Deo multis precibus exoptamus, qui preterea eandem V.P. salvam et incolumem diu conservet, Nos oe amoris et benevolentiae officium libenter deferimus. Dat. Viennae Austria die 28 Martij Anno MDLXIII°.

Ad Cardinalem de Monteferrato. Vrae congratulatoriae, de Rom. Regis dignitatis susceptione recepisse. Et vicissim R.S.M. ~~congratulatur~~ R.S.P.tem in Card.lem fuisse ~~[illegible]~~ confirmatum congratulatur.

~~Maximilianus~~ &c.

Maximilianus Christophoro Pesler Brunniensi, nro in Moravia subdito, qui
47 Cracoviae ad Instantiam Joannis Cracker captivus pter

meritum, ut asserit, detinetur, nostram sua pro liberatione apud Ser.tem V. opem suppliciter implorantj, denegare non potuimus quin V.ae eum Serenitatj benigne commendemus. Petimus itaq; atq; benevole insuper hortamur eandem V. Ser.tem ut, ~~illius~~ illius causa plenius ex inserta hisce supplicatione perspecta (pro solita sua in eiusmodj desolatos p̄sertim hoēs Benignitate) tam Cracoviensibus, quam ipsi Etiam Crackero serio mandet atq; imperet: illis quidem, ut tam iniqua eum detentione tandem dimittant. huic vero, ut quam sibi in eundem esse p̄tendit actionem, coram Judice eius ordinario ~~instituat~~ ut Juris postulat et aequitas, instituat.

Quam re V. S.tas cum p̄claræ iustitiæ amantissimi animi iudicium, cum nobis et gratum inprimis amores in vos sui officium p̄stiterit mutua nr̄a benevolentia libenter aliqn. compensandum. Dat. Viennæ XXVII Martij A.o M.D.LXIII.o

Ad Regem Poloniæ Vt Christophorū Posler Brunnien. iā diu ~~ex~~ vinculis inmerito ~~Cracovie~~ detentū ~~apud~~ Cracovien. dimittendū mandet.

Maximilianus &c.

48 Quod iampridem in foro Julio rixæ cuidam interfuisset, fidelis n. dilectus Julius de Colloreto p̄ è V.ae Dil.mis Domino in exilium tum quidem ~~ipsum~~ missum sese talia quoq;

imposita etiamnum multtarj supplex nobis conqueritur, adeoq; nostris apud V. D. lris iuuarj impense a Nobis petijt. Nos itaq; tum eius in nos obseruatia et in seruiendo fide aliquandiu nobis pstita, quam petitionis etiam aeqtate moti, V. D. benigne et sedulo hortatam rogatamq; cogimus, ut dictum Julium taleis eiusmodj, quas à poenam pertim abunde iam antea passo solvj est non solum graue, verum aeqtatj etiam non nihil aduersum: liberum immunemq; porro dimittat: factura in hoc suo pclaro in Justitiam amore et cultu in primis dignum, et de pristina etiam nostra in V. D.ne optima uoluntate magis ac magis demeritura. Dat. Viennae xxx Martij A.o 63.o

Ad Ducem Venetiarum Vt Julium de Colloreto in ~~exilio~~ exilio missum, liberum dimittat.

~~An Hertzogen von Venedig.~~

Maximilianus etc

Magnifice sincere nobis dilecte Literas tuas superioribus
49 diebus à seruitore tuo nobis allatas benigne accepimus. et quanq; dissiduum illud, voluntatumq; discrepantiam, inter te et Despotam obortam, admodum inuitj intellexerimus. Confidimus tamen omnino dictum Despotam, huic consilij sui rationi, non adeousq; inhaesurum esse, quin ad aeqtatj congrua

tibiq; non omnino aduersa animi sit deflexurus. Quod nos quidem in te cum hac, tum alijs in rebus uiuando poterimus, clementij benignitatj nos tibi adfuturos, persuasissimum plane esse uolumus. Dat. Vienne 30 Martij Ao 63°.

Ad Albertum Laskium Crarū suarū dissidij inter se ac Despotā oborti, Recepisse.